

cōditiones libro antecedente Theor. 32.  
traditas habente coaluit, hoc contrā.

III. Corpora IMPERFECTE MIXTA vo-  
cantur METEORA, tūm quod pleraque in  
alto conspiciantur, tūm quod etiam  
quæ in terræ cavernis fiant, similis cum  
hīscē Naturæ sint.

Sunt tamen præter Meteora, alia etiam  
imperfectè mixta, ut partes rei putrefactæ,  
item excrementa. Possis & Chilum imper-  
fectè mixtum dicere, &c. sed in talibus, quia  
in infinitis ferè similia & certis speciebus com-  
prehendi vix possunt, sufficiat hoc monuisse.

IV. Dividuntur tribus modis. 1. Ra-  
tione graduum mixtionis. 2. Ratione  
Elementi prædominantis. 3. Ratione  
apparentiæ.

V. Prima divisione quædam sunt  
simplicia, quædam ex simplicioribus il-  
lis composita. Simpliciora sunt exhalati-  
ones quæ communiter duplices sta-  
tuuntur, vel fumi, hoc est, calidæ & sic-  
cæ; vel vapores, hoc est, calidæ & hu-  
midæ.

*Ita Aristoteles : non ineptè autem addi  
videri*